



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Consultatio. XXI. Amans sollicita: ubi ostenditur, quomodo SS. Virgo ubique  
secuta fuerit dilectum Filium suum Jesum Christum toto tempore vitæ  
suæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

CONSULTATIO XXI.

*Amans Sollicita, ubi ostenditur, quomodo Sanctissima Virgo ubique secuta fuerit dilectum suum Filium Jesum Christum toto tempore vite sue.*



LONGO tempore non obtigerat fors nobis, ut essemus soli, Ego & charitativus Ductor meus; habebam quidem semper mihi ipsum presentem, sed nunquam ferè periebar illo; edquòd alij, velut felicitatis meæ amuli subtraherent mihi ipsum, de quo nec conqueri licebat mihi. Est voluptas, fateor, habere semper amicum suum sibi presentem; sed dolor haud levis est, ipso solo non posse frui, nec ipsius colloquio: siquidem id quasi est immersum hærete aquis ad guttur usque, & enecari siti.

Hoc die, faustis avibus, eramus soli, libertimâ potiti facultate loquendi corde sincero ac candido, ita, ut non opus nobis esset observare pœnosas illas cautelas & consideraciones, quæ observandæ semper sunt in conversatione & alloquio multorum. Videbatur nobis, primâ nos vice facere congressum, mutuòque frui aspectu; & velut aurora hæc esset nascentis amicitia, salutantes nos invicem,

in mutuos protuimus amplexus, sicut hærent amici novi, vel potius, sicut amici veteres, sibi invicem semper novam & inviolabilem promittentes fidelitatem.

Sed quid facimus? interrogabat me; Quid prodest nobis, providentiam cœli nos ita conjunxisse, tamque arctâ obstrinxisse societate? quid pretendimus? quidve querimus? Respondebam ipsi; videretur mihi, nos nihil facere nisi quod faciunt omnes; Omnes querunt, quod amant, & nos querimus, quod amamus, nemo enim vadit, nisi quòd à suo deducitur amore.

Nescio an unquam tam profundâ absorptus fuerim meditatione, quâ abripiebar extra me ipsum, aliquamdiu revolvens animo hanc cogitationem. Videbar videre mihi amores innumeros confusim circumvolitantes in mundo, haud aliter, quàm atomos in aère: plerique parvi erant & admodum infirmi; alij videbantur mihi majores, magisque robusti; parvi aggregabant se catervatim more culicum, formantium, quandòque parvos

Omnes sequatur id, quod amant

Descriptio amoris infirmi.







Somnium: Verum enim est, omnia, quae aguntur in mundo, plena esse diversis diversae naturae amoribus, qui parvorum spectrorum more, incessanter torquent & divexant homines. Siquidem quid ipsos agitat, quid impellit, quidque eò ipsos dirigit, quocumque vadant, nisi certi quidam amores, ipsorum occupantes corda, ipsosque exstimulantes ad quarendum ubi vis id, quod amant? Certissimum omnino est, ipsos nec quidquam quasi-turos, nisi amarent. Reipsa, scrutate quantum voveris, diversas hominum motus, & omnes, quos faciunt in terrâ gressus, invenies, deduci ac dirigi omnes ab amore, nec videbis unicum, qui vel unicum faciat gressum, nisi ad quarendum id, quod amat.

Hæc imaginatio, quæ non displicuit Charitativo meo Ductori simul & Delectori, mox exstimulavit ipsum ad sequentem efformandam considerationem. Hæc unde venit ergò, non omnes beatos esse & consolatos? Dilectio amoris nonne semper amabilis est, & consequenter jucunda? Non, dicebam ipsi. Infinitos invenire est amores crudeles ac sævos, qui non nisi divexant homines, ipsorumque infelicem ac miserabilem reddunt vitam. Sanctus Paulus hos optimè nuncupavit, desideria multa & inania. Ut rei bene consulatur, non est nisi unicus verus amor, qui dirigere debet

omnes homines, quique non nisi ad felicitatem dirigit ipsos: Hic amor est ille Dei: est ille, qui ab initio collocatus fuit in corde hominis, velut supremus Monarcha ad dirigendum illud in omnibus & per omnia; non ipse cordis humani usurpator aut iniquus possessor est, sicut omnes alij amores, qui per vim sibi rapiunt illud; ipse hujus legitimus Rex est, hincque tam pacificè regnat, ut, ubi est, ubi vis er gat & plantet Paradisum.

Ipsè est unicus; & ideo nullas facit divisiones, sicut amores profani, qui sæpissimè sibi invicem movent bellam: ipse contra firmat uniones tam perfectas, tanque universales, ut, si regnaret in omnibus cordibus hominum omnes non haberent, nisi cor & animam unam. Ipsè est Omnipotens, & ideo non deserit eos, quos dirigit, in mediâ viâ, sicut infirmi amores mundi; sed ipse securè semper deducet eos usque ad æternam infiniti possessionem boni, ad quod amandum & quarendum exstimulat illos in omnibus, quæ faciunt. Nonne fatendum est tibi, omnes animas, quæ deduci se sinunt ab hoc amore, esse beatas?

Sicut ipsa non habent, nisi unum eundemque amorem, ita non habent nisi cor & animam unam. Videbis illas in omnibus tam constantes, tanque generosas, ut nunquam non magnis pas-

Non nisi est unicus verus amor, qui est amor Dei quem regere oportet omnia in mundo.

Quam felices sint omnes animæ, quæ dirigi se patiuntur ab amore Dei.



fibus suam prosequantur viam, eòquòd ipsarum amor, qui semper perseverat, semper ipsas confirmet ac tueatur.

Sed quod gloriam ipsis addit, consolationem ac robur, est, quòd sui Ductores habeant JESUM Christum, & sanctissimam Matrem ipsius. JESUS Christus incedit prior, & trahit post se divinam Matrem suam, cui inquit:

*Veni electa mea: Cui responderet* Cantic. 1. Luc. 9. 57.  
 ipsa: sequar te, quocunque ieris.  
 Hæc ultima verba aperuerunt nobis januam instituendi colloquium circa modum, quo sanctissima Virgo semper secuta est JESUM Christum, adorandum filium suum, toto tempore vitæ suæ, quod peractum est, uti videbis.

\* \*  
 \*

## ARGUMENTUM.

*De amore sacro, qui deducit in omnibus animas bonas ad sequelam JESU Christi.*

### ARTICULUS I.

**N**escio, quamobrem fixerint antiqui, amorem esse cæcum, cum econtrà nil ita videam in mundo illuminatum: Nónne ipse deducit Viatores omnes toto decursu vitæ suæ? Nón oportet igitur cæcum esse Ductorem.

Verum est, dicebam ipsi, quòd deducat amor omnes homines, sed deducat illos modo cæco; & ideo d. flexere facit ipsos in viâ, incessanter ipsos facit aberrare, ipsosque millenis exponit periculis, si se totos illis permittant directioni, ac eos tandem deducit in præcipitia. An aliquid declaret melius ipsis cæcitatem?

Disputatur  
 an amor  
 sit cæcus,  
 vel clarè  
 videatur

Sed econtrà, reponit ille, tam ingeniosus est ipse, tamque illuminatus, ut etiam inter sapientes

obtinuerit æstimationem magni Philosophi. Diotimus ita vocabat ipsum: *Amor Philosophus*. Jam nõnne nõstis, quòd philosophi cæcorum non accenseantur numero? & sanè nihil magis providum est amore: Nónne millenas is semper excogitat rationes ad ex purganda sua facta, & mille modos, quibus ad felicem eventum sua deducat consilia? sit aliquis animo naturaliter stupido, ubi primùm obsessus fuerit amore, jam totus videbitur immutatus; evadet mox dexter, festivus & obsequiosus: videtur quoque, conferre ipsi amorem nescio quid magnanimitatis, quam non habebat; mox fortem se sentit ac generosum ad moliendas res magnas, à quibus abhorrebat: Et inde na-

tum



tum est antiquum proverbium: *Amorem magnum non nisi in magno habitare animo.*

Concedam tibi quoque, dicebam ipsi amorem esse Philosophum, videmus enim ipsum non nisi ruminari meditari, & discurrere circa objectum amatum: dicamus tamen potius, ipsum esse Sophistam, hoc proprium est nomen, quod meretur, quodque plato dedit ipsi: *Amor Sophista*; eod quod omnes ipsius discursus fallaces sint ac deceptorij. Verum quidem est, subtilem ipsum esse in argumentis suis, sed omnia non concludunt nisi imprudenter ac stolidè, cum videamus iudices, vix quempiam esse ipsius deceptum fallacis, quem eam tempore non pœniteat, quando sibi redditur & evadit sapiens.

Verum est, tandem ferebatur mihi sapius & fere semper stoliditatem aliquam inesse amori, eod quod continere se non possit in hac moderatione tranquillâ & pacatâ, quæ veluti veræ sapientiæ æstimatur Thronus; suos is habet impetus, motusque vehementiores, quos stultitias vocares, si videres: sed ipsi stultitiæ sapientiores sunt omni sapientiâ mundi; ipsius motus ac impetus æstimandi magis omni prudentiâ stoicorum, quorum institutum est, nunquam à se ipsis differre, & aliquid inusitatum conficere; oportet necessarid aliquantisper vehementem esse, & abripi quasi extra seipsum,

si aliquis operari velit magna, quæque excedant actiones vulgares hominum: *Amor operatur magna, si est.*

Cui attribueret oportet magnas illas actiones, quas sapius observare licet in magnorum virorum vita, quibus hæc illustratur plutum? Quis inspiravit ipsis hereticas has actiones, quas aspiciamus cum admiratione velut prodigia, quibusque magnorum sibi compararunt titulos ac insignia? cui attribuantur hæc? Quando Sanctus Paulus dixit omnibus Apostolis: *Nos stulti propter Christum*, quid dicere voluit, nisi excusare inusitatos impetus amoris ipsorum, qui cum adversentur consuetis legibus prudentiæ humanæ, habebantur velut stultitiæ à sapientibus hujus mundi: sed ejusmodi stultitiæ sapientiores erant omni sapientiâ hominum: exempli gratiâ, adorare Deum pauperem, contemptum, Crucifixum, deserere omnia, bona, honores, voluptates, ipsumque sequi in paupertate suâ, opprobrijs ac doloribus suis, nonne hoc magna stultitiæ est coram oculis sapientium hujus mundi? siquidem comprehendere ipsi non possunt quâ ratione homines sanæ mentis ad hoc se possint resolvere. Hem, quis induxit ipsos ad sanctam hanc stultitiam, nisi excessus amoris maximi? nunquam abrepti fuissent ad divinos hos stultitiæ excessus, nisi amassent ardentissimè.

Amor suos habet impetus, qui videntur stultitiæ, sed quandoque meliores sapientiâ.

1. Cor. 4. v. 10.



Amer Mar-  
tyrum im-  
pellebat ip-  
sos ad com-  
mittendum  
stultitias  
apparentes,  
sed quæ  
opera erant  
magnæ sa-  
pientia.

Tradere suam vitam, rem om-  
niam pretiosissimam, seque vo-  
luntati exponere morti, pluri-  
misque horrendis cruciatibus, ipsâ  
morte crudelioribus. Nonne hoc  
erat juxta apparentiam magna  
quoque stultitia? nihilominus San-  
cti Martyres fecerunt hoc, & exant-  
larunt plurimas alias actiones tam  
magnas, tamque heroicæ, ut hor-  
rore concussissent Imperatores, &  
quandoque tremore ipsos carni-  
ces se cruciantes. Quanta stulti-  
tia, dicebant, hisce hominibus,  
qui tam facile ab ijs se possent libe-  
rare tormentis? Imò, magna stulti-  
tia est: sed quid vultis? amor erat,  
qui suâ ratione privavit ipsos sen-  
sibus; ipse erat, qui exiit ipsos  
quasi sanâ mente, eosque abri-  
puit ad committendum ingentem  
hanc stultitiam: Verùm an ideo  
judicabis, amorem ipsorum fuisse  
cæcæ? Vidit enim verò is optimè,  
quod cæteri homines non vident,  
ejusmodi nempe stultitias mirifi-  
cam esse sapientiam; còquòd id  
perdere sit animam suam, ut sal-  
vetur, & mutare momentum vitæ  
infelicis & perituræ, in æternita-  
tem vitæ immortalis & beatæ.

Ad hæc omnia non habebam,  
quod repõnerem; videbam enim,  
non amoris profani, sed amoris  
sacri ipsum agere panegyristam:  
insuper hand difficulter concessit  
mihi, amorem profanum esse cæ-  
cum, esse inconsideratum, ipsum  
errare ac ruinæ exponere sui se,

Oratores: sed debebam quoque  
concedere ipsi amorem sacrum es-  
se illuminatissimum, sapientissi-  
mum, prudentissimum, & Ducto-  
rem valde fidum, qui omnes se  
sequentes in viam ducit salutis.

Sed nãans observas, adjunxit,  
nec admittaris ipsius genium, qui  
talis est, ut nunquam sit sapientior,  
quàm dum majores committit stul-  
ticias. Quis non admittatur ma-  
gnam hoc Apostoli verbum: *Ver-  
bum Crucis stultitia?* Affirmat,  
Verbum Crucis esse stultitiam: quid  
sibi hoc vult? nisi quòd gloriatur  
& annuntiet cunctis sæculis maxi-  
mum sanctæ stultitiæ excessum,  
quo abrepta est infinita Verbi æter-  
ni sapientia. Considerando pro-  
prium Filium Dei Cruci affixum,  
nonne quis judicaret, ipsum abre-  
ptum esse ad summum stultitiarum  
omnium, quæ concipi animo pos-  
sunt, fastigium? siquidem evitare  
is poterat mortem & omnia passio-  
nis suæ tormenta unico duntaxat  
voluntatis suæ actu; & valdissimæ  
quæque rationes, quas excogitare  
poterant omnes tum Angelorum,  
tum hominum intellectus, con-  
cludebant, ipsum id facere debere:  
Cur ergò non fecit? quis redegit  
ipsum in has angustias? quis ita  
abripuit ipsum in summam hanc  
tam inusitatæ stultitiæ extremi-  
tatem?

Cogitari aliud hæc super te non  
potest, nisi quòd amor semper ha-  
beat vehementes suos motus ac  
impe-  
pientia.

1. Cor. 1.  
18.

Amor Dei  
semper est  
sapientia.

stultitia  
Crucis mi-  
nister  
concordie  
concordie  
pariter  
vult.

Magna  
stultitia  
fuit maxi-  
ma Dei  
impe-  
pientia.



Impetus; & quo major hic est, tanto plures ac majores ipsum committere stultitias. An mirum ergo sit, si amor infinitus, qui occupaverat Cor Sapienzæ infinitæ Dei, abripuerit eum extra seipsum, ipsamque obstrinxerit ad committendum ejusmodi stultitiam amore nostri? An amare quis possit, & simul sapere? Amare & sapere vix Deo conceditur; antiqua est paræmia: Sed ô Deus, quàm sapiens stultitia, quàm infinita sapientia Dei non judicavit se indignam! ô admirabilis stultitia, quæ absorbet & annihilat omnem sapientiam creaturarum, quæ tanti prodigij confunduntur aspectu.

Nonne ipsa dissipat omnes mundi stultitias, in morem solis dissipantis tenebras? Nonne ipsa in sui admirationem, in sui amorem, in sui sequelam rapuit, quidquid magnarum fuit animarum, quidquid præstantium fuit animorum unquam in terris; & hoc per omnem decursum sæculorum? Postquam anima subdidit se imperio amoris sacri, servit Dominò, à quo impellitur ad ambulandum prorsus aliam viam, quàm illæ, quæ possidentur & reguntur ab amore profano. Quando ipsa se semel resolvat permittere se totam ipsius directioni, nil amplius cognoscit veræ sapientiz, quàm solam stultitiam Crucis: Ipsius amor, quem semper attendit, nunquam tantum complacet ipsi, sicut quando illis

abripitur motibus, qui omnem despiciunt prudentiam Carnis, quibusque incitatur ad committendum sacras & divinas stultitias, quæ illos, à quibus committuntur, atque tollunt usque ad thronum gloriæ. O quàm felix est anima, quæ bene hoc capit! Dicant, quidquid voluerint; quòd opus sit prudentiâ; Verum est, hæc opus esse, requiri considerationem, & prudentem sui gubernationem in omnibus: Ita, modò semper Sapienzæ sit æterna, quæ nos gubernet; sed post omnia, amare ardentem JESUM Christum, & sapientem esse sapientiam hæc mundanâ, quæ non nisi amorem proprium velut scopum sibi præfixum habet, hæc non concordant.

Considera omnem eorum, qui JESUM Christum secuti sunt multitudinem; quid videbis inter eos? nisi viros, qui oculis sapientum hujus mundi visi sunt insipientes: *Sap. 5. v. 4. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam.* Nonne omnes commissuros se putabant magnam stoliditatem, si tam pauperem sequerentur Dominum? audi enim, quâ usus sit eloquentiâ, ut lucraretur ipsos & ad sui traheret sequelam: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat quotidie Crucem suam, & sequatur me, quocumque me viderit præeuntem; ea omnia, quæ maximi æstimat mundus, contemnat; amplectatur ea, à quibus abhorret magis natu-

*Sap. 5. v. 4. Omnes, qui verè secuti sunt JESUM Christum, sunt imitaci divinas ipsius stultitias.*

Xxxx 3 natu-



natura; non expectet aliud, nisi quod onerandus sit persecutionibus, injurijs, calumnijs, Cruce contempta. Hæc est eloquentia amoris facti, quæ inflexit & traxit ad se innumeratam maximarum animarum multitudinem: tales sunt illecebræ, quæ inescarunt & demulserunt illas: Ecce eas, quibus inhiabant, delicias, & in quibus suam invenerunt felicitatem. Sed amandum est, ut id intelligas.

Omnes animæ, quæ magis amaverunt JESUM Christum, sunt

illæ, quæ proximis per viam hanc secutæ sunt ipsum; Et illæ, quarum fortior extitit amor, majori cucurrerunt passu: sed super omnes conspiciendam se præbet Mater admirabilis, tanto cum splendore, ut dubitare non liceat, quin omnes amores, quos inter se partitur tota multitudo sectatorum JESU Christi, conjugantur & uniantur in corde ipsius, ut tanto fortius hanc uniant & constringant illi. Satisfactum tibi credes; si perspicies.

## ARGUMENTUM.

*Quâ ratione Amor Sacer obstrinxerit Sanctissimam Virginem ad sequendum JESUM Christum in omnibus & per omnia.*

### ARTICULUS I. I.

Tria amoris genera, quibus sanctissima Virgo amavit Jesum Christum Filium suum.

**I**lla triplici titulo ferebatur in ipsum sibi prorsus singulari: atpiciebat namque ipsum velut suum Filium, velut suum dilectum, & velut suum Deum; velut suum Filium amabat ipsum amore naturali; velut suum dilectum, amabat ipsum amore supernaturali; velut suum Deum, amabat ipsum amore infuso & prorsus D. vino. Et quod mirabile est, tria hæc amorum genera non faciebant in ipsâ nisi unicum & eundem amorem, qui ratione quâdam nuncupari posset amor trinus & unus; cum omnes tres se uniant ad consociendum nonnisi unum solum,

sed triplex vinculum amoris, quod nunquam dirumpi posset: *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Sed quamvis considerandi non forent omnes hi tres amores, nisi velut unicus solus in corde Sanctissimæ Virginis, non inermittam tamen distinguere illos, eodquod distinguantur divinæ tres personæ, quamvis non sint nisi una eademque res simplicissima. Consideremus eos sigillatim, ut tanto melius liceat spicere ipsorum pulchritudinem, ex quo procul dubio admiraberis imperium, quod quivis ipsorum exercebat in Cor illius sacratissimum. Incipio ab amore naturali.

Videns



De amore  
naturali  
Sanctissimæ  
Virginis.

Widens locuturum mihi ipsum de amore naturali Divinæ hujus Matris erga charissimum suum Filium, non videbam ab initio, quòd quidquam vel magnum, vel singulare mihi desuper haberet dicendum: Nónne enim communis omnibus Matribus est propensio, quâ ferantur ad amandum tenerè suos filios? Nónne amorem hunc naturalem videre etiam est in ipsis animalibus? Concesserim, Sanctissimam Virginem fuisse optimam, & omnium Matrum amantissimam, naturalémque, ipsius amorem Excellentiorém fuisse amore omnium aliarum Matrum, nihilominus verum semper est, quòd, quidquid sola natura potest producere, nunquam sit quidquam magni. Jamjam paratus eram ipsi desuper dicere meam opinionem, sed prævenit me, séque capit explicare.

Quare lex  
non præc  
puit Patri  
bus & Ma  
tribus ama  
re suos fi  
lios.

Probè novi, omnes Matres ex lege naturæ nullâ ratione dispensabili obstringi ad amandum suos filios; novi, amorem hunc esse justum & æquissimum; unde & videmus, ipsas hoc debitum exsolvere libentissimè: imò DEUS, qui in Lege suâ dedit præceptum filiis ad amandum suos parentes, præceptum non dedit parentibus ad amandum suos filios: hoc necessarium non erat, eò quòd natura sæpiùs ipsos adigat ad amandum illos magis, quàm Deus exigat. Verum quidem est, amorem hunc æ-

stimabilem esse in cunctis Matribus, illisque accrescere ad laudem; si bonam naturalem naturæ sint indolem, nullam tamen gloriandi multum de hoc habent ansam; eò quòd id ipsis commune sit cum bestijs, quæ hæc ratione amant suos fœtus, & quandòque amoris hujus plura & majora ostendent argumenta, quàm plures Matres Christianæ.

Sed Amor Sanctissimæ Virginis erga Filium suum Unigenitum, alterius omninò naturæ fuit ac conditionis: Ipsa Mater quidem est, sicut aliæ Matres; sed ipsa Mater est DEI-Hominis, quales non sunt omnes aliæ Matres. Velut Mater naturalis alicujus Hominis, amorem suum naturalem sibi communem habet cum cunctis alijs Matribus, nisi quod hic multò sit perfectior; sed velut Mater Filij Dei, amorem suum naturalem Matris communem sibi habet cum DEO Patre, eò quòd fundetur in divinâ Maternitate, quàm omnes sancti Patres audacter nominant admirabilem participationem fœcunditatis Dei; Siquidem cum fides ad credendum nos obstringat, quòd Pater æternus & Mater Virgo non habeant nisi Unicum & eundem Filium, ipsis communem, nónne dici quòque potest, quòd ambo non habeant nisi unum eundémque amorem erga Filium, quem sibi habent communem? O amor naturalis Matris Dei, quàm es Divinus

Excellentia  
amoris na-  
turalis san-  
ctissimæ  
Virginis er-  
ga Filium  
JESUM.



vinus ! quàm es supernaturalis ! quàm es admirabilis ! Et quis dif-  
fitebitur, te infinità ratione tran-  
scendere omnem amorem natura-  
lem, omnium cæterarum Ma-  
trum ?

Pulchræ  
Compara-  
tiones inter  
amorem na-  
turalem s. s.  
Virginis, &  
illum alia-  
rum Ma-  
trum.

Si compares amorem naturalem  
Matris admirabilis cum amore na-  
turali omnium aliarum Matrum,  
quàm stupendam observabis hic  
differentiam ? Imprimis aliæ Ma-  
tres exhibent filijs suis amorem,  
quem sola ipsi inspirat natura ; sed  
quia natura corrupta est per pecca-  
tum, & deturpata immoderatio-  
ne concupiscentiæ, hic amor sem-  
per aliquid habet minus purum &  
valdè imperfectum : Mater admi-  
rabilis amorem impendit charissi-  
mo suo Filio, quem natura & gra-  
tia suppeditabant ipsi communibus  
velut impensis ; Et quia natura hæc  
fuit tam pura, tamque sancta, ut  
nunquam nec maculata fuerit pec-  
cato minimo, nec deformato mi-  
nimo sensu concupiscentiæ, hic a-  
mor nil habuit, quòd putum non  
fuerit & sanctissimum. Et quia hæc  
gratia quòque fuit, quæ transcen-  
dere merito creditur omnes alias  
gratias, eòquòd sit gratia divinæ  
Maternitatis, concludendum est,  
amorem ipsius naturalem infinità  
quasi ratione excellere amorem na-  
turalem Matrum reliquarum.

Secundò aliæ Matres habent  
quandòque plures filios, quibus  
impendere obstringuntur æqualem  
portionem naturalis sui amoris, si

leges observare velint iustitiæ ; Et  
amor ita divisus semper minor est  
pro quolibet. Sed Sanctissima Vir-  
go non habebat nisi unicum fi-  
lium, qui totum possidebat amo-  
rem ipsius ; & amor, qui divisus  
non est, semper est fortior atque  
perfectior absque comparatione.

Tertiò, quando aliæ Matres non  
haberent nisi unicum filium, sem-  
per verum est, quòd cum non sint  
nisi dimidia origo vitæ ipsius, eò-  
quòd altera dimidia illius origo sit  
Pater, etiam non habeant nisi di-  
midium amorem naturalem erga  
ipsum, cum alium dimidium ad-  
dicere spectet ad Patrem. Sed san-  
ctissima Virgo erat sola Pater &  
Mater Filij sui Unigeniti ; nemo  
præter ipsam quidquam contulit ad-  
tribuendum illi totum ipsius esse  
naturale ac humanum : ipsa igitur  
sola debebat, ac ipsi etiam exol-  
vebat totum amorem naturalem,  
quo dignus erat.

Quartò aliæ Matres semper ha-  
bent rationes, quæ debilitare pos-  
sunt in ipsis amorem naturalem er-  
ga filios suos ; eòquòd aliqui sint  
malè dispositi vel corpore, vel ani-  
mo : alij in debitâ deficiant obe-  
dientiâ, alij non nisi ingratitude-  
nem rependant post omnia acce-  
pta beneficia, post mille illatas in-  
commoditates, dum vel portaban-  
tur ab ipsis in utero, vel ex eo  
mille cum tormentis egrediebantur.  
Sed Sanctissima Virgo non  
habuit nisi millena efficacissima  
motiva,



motiva, quibus semper nutrebat & confortabatur amor ipsius naturalis, quo erga Unigenitum suum ferebatur Filium.

Si pulchritudo Corporum est amabilis & suavissime allicit omnes omnino Matres, Filius Dei omnium hominum, quos natura unquam produxit, erat pulcherrimus: *speciosus forma pro filiis hominum.* Si pulchritudo animi magis adhuc accendit amore, quam illa corporum, anima Filij DEI praestantissima erat & perfectissima ex omnibus animabus hominum. Si reverentia & obedientia magis amabiles filios reddunt parentibus suis: nunquam videre licuit vel reverentiam profundiorum, vel obedientiam fideliorum, quam illam divini hujus Filij, *Et erat subditus illis.* Si gratitudo ob accepta beneficia magis amari facit filium, qui hanc parentibus exhibet; aliqui Sanctorum Patrum sentiunt, quod ipse sanctissimam Virginem fecerit Matrem totius Corporis sui mystici, in recognitionem ejus, quod ipsa illi dedit Corpus suum naturale: *Reddens vicem assumptae Humanitatis;* id est, quod fecerit ipsam Dominam & Reginam omnium Electorum suorum, in recompensationem sanguinis, quem ipsa suppeditavit illi ad ipsos redimendos.

De cetero, qui sit filius amabilior ipse solus, filijs omnium simul Matrum; Filius, quem ipsa nominavit.

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

verat esse Regem Regum, & Monarcham Monarcharum; Filius adoratus ab omnibus Angelis, omnibusque sanctis; Filius timore & horrore percellens omnes daemones, totumque infernum; sed super omnia Filius infinita ratione adornatus a divino Patre suo: Sic comprehendere quis posset amoris, quo diligebat ipsum, magnitudinem ac perfectionem? Sed quis non admirabitur, quae ratione magnus hic & potens amor impulerit eam ad sequendum ipsum in omnibus & per omnia, toto vitae ipsius mortalis decursu.

Eheu! nunquam ipsa aspexit illum, nisi in Cruce & doloribus, & in his ipsis ipsum plus amavit; a Cruce vidit ipsum incipere vitam suam; in Cruce vidit ipsum exigere totam vitam suam, & super Crucem ipsum vidit finire vitam suam. Et quando dico Crucem, intelligo per hoc Verbum, omne genus calamitatum & miseriarum. Quamprimum accepit ipsum a Deo ipsamet presentavit illum in templo velut victimam: Et quia extendebat & attondebat sua brachia ad presentandum ipsum justitiae Dei, dici potest, quod ipsa fuerit prima Cruz, supra quam immolatus fuit juxta mentem S. Epiphani. *Dico MARIAM esse eorum, thronum simul & Crucem, extendens enim sanctas ulnas Dominum suscepit.*

Toto tempore vitae suae vidit ipsum

Yyyy sum

Sanctissima Virgo habuit amandi Filium JESUM.

Sanctissima Virgo nunquam vidit JESUM Christum nisi in afflictionibus; & hoc est, quod congenerat amorem ipsius naturalem.

S. Epiphani.



sum continuò Cruci internæ affixum, ob vehementissimum dolorem, quo cruciebatur à peccatis hominum, qui infinità injurà afficiebant Deum Patrem suum. Nec minùs angebatur ab ardenti desiderio, quo flagrabat moriendi pro illis, quàm ab eo, quo exæstuabat, reparandi gloriam divini Patris sui.

Tandem finis vitæ ipsius fuit, moti in Cruce, inter medios dolores ac ignominias supplicij extremi: Et ubique amor Matris impulit ipsam ad sequendum Filium suum Unigenitum, ut particeps fieret omnium ærumnarum ipsius millenisq; cruciaretur sævis doloribus, ac omni generis obrueretur miserijs: In prodigiosos & pœnosos hos excessus deducta fuit ab amore suo. Quid iniquis ad hoc, prudentia humana? Ecce quid comparaverit sibi ex eo, quòd fuerit Mater Dei: Nempe, opprobrium, quòd

esset Mater alicujus supremo affecti supplicio, quòd immentos pateretur dolores, quòd videret Filium suum inter manus Carnificum, quòdque videret eum pati mortem sævam ac infamem? Sed dum ipsa amat perfectè: Hic amor ipsius profectò sufficit, qui conciliet maximum ipsi tormentum, ipsique simul summam afferat consolationem, quæ est, quòd conformem se videat objecto amato. Hæc ratione amor naturalis Sanctissimæ Virginis deduxit ipsam ad sequendum incessanter Filium suum Unigenitum, & dilectum suum JESUM Christum. Sed quid cogitandum est de amore ipsius supernaturali? O Matres! advoco vos huc, ut discatis à Sanctissimâ Virgine, quòmodo ve-

stros debeatis amare filios.

\*\*  
\*

## ARGUMENTUM.

*Quo gressu amor supernaturalis currere fecerit Sanctissimam Virginem post JESUM Christum.*

### ARTICULUS III.

De amore supernaturali Sanctissimæ Virginis.

**C**ontendant omnes Matres, quantum potuerint, suum erga filios intendere amorem: Conentur eònsque perficere illum, ut non sit naturalis, sed rationabilis; non solum rationabilis, sed Christianus, & non solum Christianus, sed perfectus, diti-

gendo ipsam in omnibus juxta sanctam voluntatem Dei: Tamen verum est, naturam semper se illic insinuatam, ut nunquam omninò futurus sit totus supernaturalis. Nonnisi Mater est admirabilis, cujus perfectus amor erga Filium suum Unigenitum totus exi-



estitit divinus, & omnino supernaturalis. Quod ut ratione quadam comprehendere liceat, ecce efficaces tres, quas tibi proponam, considerationes; tu has poteris ex otio pensulatiùs ponderare.

Prima, quòd amor supernaturalis propriè sit charitas sancta, quam DEUS effundit in animas nostras per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, juxta manifesta verba Magni Apolloli, Sancti Pauli: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Cum igitur à Spiritu Sancto sit, quòd anima accipiat pretiosum hunc charitatis thesaurum, bene sequitur ex eo, quòd juxta proportionem, quâ hic habitat & operatur perfectiùs in illa, sancta ipsius charitas etiam illi abundantius comunicetur. Jam certum est, quòd nunquam pura aliqua creatura tam perfectè repleta fuerit Spiritu Sancto, sicut Sanctissima Virgo; nulla igitur alia æqualis fuit ipsi in sancto hoc amore.

Lege & pondera bene verba Sancti Evangelij. Quando salvere jussit ipsam Angelus velut jam totam gratiâ plenam, adjunxit: quòd Spiritus Sanctus superventurus esset in illam, & Virtus Altissimi factura sit ex ipsa, suam velut umbram, & velut quandam Augustæ suæ Majestatis imaginem: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Vide,

quòd Spiritus Sanctus binis vicibus veniat in illam; primâ vice, ut impleret illam gratiâ sanctificante, quæ nunquam datur nisi per ipsum; secundâ vice, ut impleret illam alterius gratiæ magis excellentis genere, magisque præstantis absque comparatione: Et hæc gratia est illa divina Maternitatis; gratia incomparabilis, quæ tam bene efficit ex divinâ hæc Matre, quandam umbram, quandam imaginem, & si ita dicere licet, quoddam Ectypon Divinitatis, ut fiat per illam vera Mater ejusdem Filii, cujus Deus est Pater, absque alio discrimine, nisi quòd ipse illius sit Pater per naturam, & hæc ipsius sit Mater per gratiam. O DEUS quantum gratiæ hoc est prodigium, quæ facere tantum potest, quantum propria essentia Dei? edquòd nonnisi idem sit DEUS, nonnisi eadem persona divina, quæ producit ex fecunditate essentia divinx, & ex virtute gratiæ Virginis Sanctissimæ.

Sed gratiæ, cujus ipsa non accipit possessionem, nec collegit fructum, nisi per propriam personam Spiritus Sancti, qui amor est infinitus, amor personalis & substantialis Dei. Nam quis est, qui capere unquam posset, quantam abundantiam gratiæ & amoris supernaturalis dederit Deus illi, cui proprium suum dedit Filium, ut pretiosus ipsius esset thesaurus; & Spiritum suum Sanctum, ut esset

Tribus in  
amoris ha-  
ctissime  
Virgo in  
moate Cal-  
varie,

Deo 7.  
1.  
loc. Ma-  
ri admi-  
rabilis ec-  
y. filium  
tam Uni-  
genitum.  
melit.  
recipit a  
patre.

MARIA  
capit. bis  
quoniam  
hactenus  
lat. 1. 7.  
11.



cum illa principium esse sui Humani? Hæc est prima consideratio, quæ longissimè abducat te, si volueris ipsi penficulatiùs inhzere;

quidquid enim magni & eximij imaginari tibi poteris, semper minus erit, quam id, quod is illi dedit.

## §. I.

*Regula notatu dignissima Sanctorum Patrum.*

Ipsa plus amoris habet erga JESUM Christum quam omnes simul sancti.

**E**CCE tibi secundam considerationem. Est regula universalis recepta communiter à Sanctis Patribus, & insuper conformis omni sana rationi, quod omnia privilegia, omnes gratiæ, omnes prærogatiuæ, omnesque perfectiones, quibus DEUS locupletare voluit aliquem ex sanctis, qui non nisi sunt Servi ipsius, non solum negatæ non fuerint Sanctissimæ ipsius Matri, quam solam plus amat omnibus suis servis simul; sed quod verissimum sit ipsum illum his magis locupletasse, & consequenter illatum gratiarum longè plus ipsi dedisse, quam illis omnibus. Quæ enim verissimilitudo, quod talis Filius non locupletaverit amabilissimam Matrem suam super omnes servos suos?

Jam videmus, ipsum tam liberalem fuisse erga plures Sanctos, dando illis purissimum hoc aurum, ignem divini sui amoris, ut toti astuaverint & arserint ex illo: Non cogitabant ipsi, nisi de illo; non aspirabant, nisi ad illum; non respirabant nisi illum; & videbatur ipsis, illum animabus suis esse, quod aer est pulmonibus, ad ipsos re-

frigerandos; *Te magis, quam aërem spiro;* uti dicebat magnus quidam Sanctus, scribens ad alterum intimum amicum suum: Et tandem non vivebant nisi per ipsum & pro ipso. Quoties Seraphicus Pater meus, Sanctus Franciscus totas exegit noctes, accensus & ardens velut Seraphim, elatus è terrâ usque ad apicem altissimarum arborum in sylvis, nec aliud in contemplatione poterat dicere, quam pauca hæc verba, quæ eidem reperebat: *DEUS meus & omnia: DEUS meus & omnia: DEUS meus & omnia.*

Sanctus Franciscus Xaverius, totus de nocte aliquid capere quietis, utpote toto die fatigatus laboribus Apostolatûs sui, patiebatur etiam durante somno amabilem tyrannidem, quam inferebat ipsi amor Dei sui: Sæpius enim evigilans, seque totum igne hoc cælesti sentiens accensum exclamabat, ad mitigandum pœnam suam: *O JESU bone! O Creator optimo! Combure, combure, ignis divinæ, consume totam victimam.*

Et quot alij, quorum nonnulli

Amor plus  
made.



madefacta linteamina compulsi sunt suis imponere peccatoribus (a-  
liās in suffocationis se videbant  
periculo constitutos) ut hac ratio-  
ne refrigerarent illa? Alij coacti  
sunt implorare clementiam. Quid  
igitur intendis, o Sancte Amor?  
An meam haud nōsti infirmita-  
tem? Mitiga tuam paulisper ve-  
hementiam: Cessa vel saltem ad  
modicum tempera ardores tuos;  
vel meam tolle vitam & permitte  
memori.

Noveram sanctam quandam Re-  
ligiosam, cujus Nomen Mater  
Agnes de Spiritu Sancto, Prioris-  
sam Monialium Carentanæ in Nor-  
maniæ, patvæ cujusdam Civitatis,  
ubi nonnisi hoc unum extat Mo-  
nasterium. Vidi ipsam tolerare  
ultra duos annos dolores alicujus  
infirmitatis, quam Medici judica-  
bant febrim esse hecticam, eoque  
illius aliqua adessent indicia, quam-  
vis ipsius non pateretur sympto-  
mata; sed non agnoscebat infir-  
mitatem ipsius: Non enim erat  
nisi excessus quidam amoris DEI,  
ex quo languebat continuo. Mo-  
riebatur ipsa quasi præ fastidio, quod  
non posset amare DEUM, quan-  
tū cognoscebat ipsum amabi-  
lem; tolerabat dolorem nunquam  
intermissum; quod tolerare satis  
non posset pro amore ipsius, vi-  
dens, quod tantum tolerasset ipse  
pro se. Ad mitigandum paulisper  
dolorem suum, macerabat se auste-  
ritatibus, & moriebat præ tædio,

quod non videret DEUM sibi unice  
dilectum, cujusque desiderio con-  
flagrabat ardentissimo. Eheu! in-  
quirebat sæpissimè; quando igitur  
videbo te? Dies mihi videntur an-  
ni, & anni mihi videntur sæcula:  
O si scire adhuc possem meorum  
finem dolorum? sed horum nihil  
scio: Eheu! an durabunt semper?  
An igitur non videbo unquam,  
quod amo? Et propterea nullā ex  
te capiebat voluptatem; omnia  
fereula ipsi erant fastidia; lacrymæ  
ipsius erant ipsi panes die ac nocte,  
dum non cessabat interrogare ani-  
mam suam: Ubi est igitur, quem  
amas, DEUS? an nunquam vide-  
bis ipsum? In hac amoris sui ve-  
herementiā non vivebat, sed langue-  
bat jugiter: Et expertissimi Medi-  
ci non agnoscebant ipsius infirmi-  
tatem.

Ego, qui illius noveram causam,  
eoque mihi apertuerit omnia ar-  
cana cordis sui, adnitebar consolari  
ipsam, quoties accedebam ipsam  
invisum. Erat pretiosus pro ipsa  
liquor, loqui ipsi de amore suo.  
Quando dicebam ipsi, esse nobis  
inlignem prærogativam, amandi  
DEUM in terris, eodem amore,  
quo amant ipsum Beati in cœlis,  
exultabat præ gaudio; sed quando  
videbat, se cum illis non esse, ut  
amaret ipsum in illorum societate  
solvebatur in lacrymas. Tandem  
hæc amoris infirmitas, quæ non so-  
lūm durabat semper, sed indies  
augebatur, subripuit eam totorum  
Yyyy 3 ipsius



ipsius manibus, quæ velut propriam vitam suam adamabant ipsam, ipsique lacrymantibus oculis dicebant: Mater nostra, miserere nostri, neque relinque nos orphanas: postula à DEO, ut permittat nos: frui adhuc paulisper præsentia tuâ: Chacissimæ sorores meæ, respondebat illis, nolite tenere me; Ego dissolvor, & illuc vado, quod jam dudum mea me trahebant desideria. Amor facer, qui affecterat ipsam tantis, tamque diuturnis languoribus, eripuit illam è terris, quasi in flore juventutis ipsius.

Ago gratias DEO, quod hujus me fecerit spectatorem Exempli, ex quo jam sapius hauri profectum; & ut meam confundam ignaviam, meosque exstimulam languores, servo adhuc aliquas ip-

sius Epistolas pro devotione meâ. Fateor vehementiam amoris in magnâ hâc animâ fuisse mirabilem. Nihilominus quid erant hæc omnia, nisi glacies & frigora, in comparationem adducta cum ardoribus ignis hujus sacri, & amoris supernaturalis, qui principabatur velut amorum omnium Rex in corde Matris admirabilis, Virginis Sanctissimæ? siquidem cum rationabiliter dubitari non possit, quin Chacissimus ipsius Filius majoribus compleverit ipsam favoribus, quam omnes fideles suos famulos ac famulas, certum igitur erit, quod dicit S. Bonaventura: *Beatam Virginem plus amare, quam ceteros sanctos simul.* Quis dicere potest, quousque hic se amor extendat.

§. II.

*Sanctissima Virgo ipsamet declarat magnitudinem amoris sui in sacris Canticis.*

**A**udi, quâ ratione ipsamet loquatur tibi in sacro Epithalamio: *In lectulo meo per noctes quaesivi, quem diligit anima mea.* Totas noctes quaesivi dilectum meum in lecto meo, frustra quaesivi ipsum hic; & quia non inveni illum, surrexi, & quaesivi ipsum per totam civitatem; non est platea nec vicus, ubi non quaesiverim dilectum meum; quaesivi ubique, & nullibi inveni ipsam. Vigiles, qui custodiebant civitatem, invenerunt

me: Num, quem diligit anima mea, vidistis? sed cum paululum pertransissem eos, inveni tandem dilectum cordis mei, & gavisâ est anima mea.

An videtis ipsius sollicitudinem! non desinit ipsum quaerere, nil sibi concedit quietis, quoad inveniat ipsum: An aspicitis ipsius labores, quibus oneratur ab amore suo? deserit quietem & solitudinem suam, se vix dat de nocte, totam percurrit civitatem, exponit omnis gene-

Sanctissima Virgo exprimit magnitudinem sui amoris in sacris Canticis.

S. Bonaventura in spec. Virg. cap. 6.



generis sese periculis, quæ ne quidem attendit, nec æstimat. An tandem intuemini, quod abripiatur ab amore suo? *Invenierunt me confodes, & percusserunt, & vulneraverunt me*: Ex eo malè accipitur, verberatur, vulneratur, expollatur; & absque eo, quod conqueratur, absque eo, quod retardari se sinat, absque eo, quod quidquam curet, pergit ultra, nec cessat exponere se omnibus, quoad inveniat illum, quem amat. An videre sit amorem ferriorem, ædentiorem, generosiorum?

Sed verba hæc, dicebam interpellando ipsum, non sunt Sanctissimæ Virginis, omnia enim sunt è tacto Epithalamio; & constat sacrum hoc carmen concinnatum esse à Salomone, qui pluribus sæculis vixit ante Sanctissimam Virginem. Dicere, quod sapientissimus hominum in principio vitæ suæ (quique circa illius finem factus est hominum stolidissimus) habuerit intentionem loquendi in personam Sanctissimæ Virginis; quodque in mirabili hoc Opere, quod Propheticum est, scripserit eadem verba, quæ servire debebant ad exprimendos veros affectus ac sensa hujus Amatricis, nihil habet verisimilitudinis. Ultra hoc enim, quod in toto hoc Carmine, nihil appareat, quod designet ipsam in particulari, communior Doctorem & Interpretum opinio est, quod descripserit hic

Princeps castos suos amores erga filiam Pharaonis, quam ab initio regni sui desponsaverat sibi, quando adhuc erat plenus sapientiæ, & ita dilectus à DEO, ut nuncupati ipsum fecerit per Prophetam Nathan dilectum DEI: *Vocavit nomen eius, amabilis Domino*; & totum exploratum fuit orbi, quod DEUS honoraverit ipsum specioso hoc nomine, unde major ipsi accrevit gloria, quam ex toto ipsius imperio.

Verum est, fatebatur mihi, plures ita sentire, sicut affirmas, quod nempe Salomon aliam intentionem non habuerit, componendo hoc Carmen, quam exprimendi amorem, quo ferebatur erga conjugum suarum charissimam. Sed multi alij opinantur, ipsum intentionem habuisse longè nobiliorum, & potius locutum fuisse velut Prophetam inspiratum à DEO, quam velut Amantem, impulsam à passione quadam humanâ: aliàs Ecclesia nunquam accensuisset hoc Carmen Scripturis Sanctis, si nihil, nisi aliquid naturale fuisset complexum: Et quando verum esset (quod aliqui crediderunt) ipsum composuisse hunc librum circa vitæ suæ finem, quando jam totus depravatus erat ab amore mulierum, hæcque loqui velut hominem sanam mente exutum, totumque passione amoris cæci inebriatum; saltem dubitari non potest, quin Spiritus Sanctus, qui sapiens

Ecclesia  
Canticum  
Canticorum  
annumerat  
libris  
sacris, &  
censet illud  
esse Prophe-  
ticum.

enun-



enuntiat veritates omninò divinas ex ore sceleratissimorum, sicut ex ore falsi Prophetæ Balaam in libro Numerorum, & Caiphæ in Evangelio, dictaverit ipsi omnia verba, ex quibus constat admirabile hoc Carmen, & absconderit sub ijs sensum profus spirituales, totumque divinum.

Ita credimus, Ecclesiam esse hanc sponsam dilectam, de qua fit mentio in hoc Carmine, quòdque JESUS Christus, qui factum conubium contraxit cum illa, non solum secundum Spiritum, sed etiam secundum Corpus, verus sit Sponsus, qui loquitur ipsi: Et quia Ecclesia est Congregatio Fidelium, omnes, qui horum numero aggregantur, magnà cum suà consolatione dicere possunt, se sponas esse, quibus JESUS Christus exhibeat & ostendat tam affectuosum ac tenerum amorem: Et sanctus Bernardus Sermone decimo tertio super Cantica dicit, quòd licet nulla anima particularis, velut particularis presumere debeat, se veram esse sponsam divini hujus Carminis, nihilominus attribuere sibi possit maximum hunc honorem, velut pars sanctæ Ecclesiæ, quæ est verè hæc Sponsa. Et ex hoc ita conclusi.

Canticum extendit se ab Ecclesiâ universali usque ad bonas ani-

Cùm veram sit, quòd sancta Ecclesia sit dilecta JESU Christi sponsa, ipsi loquens in sacro Epithalamio, quòdque omnes etiam animæ, quæ velut partes hanc con-

stituunt Ecclesiam, ipsi loqui possint, sicut ipsam totam cujus sunt partes, certissimum igitur est, quòd Sanctissima Virgo, quæ præcipua & nobilissima est omnium animarum Ecclesiam componentium, quæ sola majoris est excellentiæ, magisque adamata à DEO, pluribusque locupletata gratijs, quàm tota Ecclesia simul, verè sit dilecta hæc sponsa, hæc columba, hæc unica, hæc singularis & incomparabilis, ad quam spectatim totum hoc sacrum Canticum. Et hinc expositores triplicem sensum omnibus illius verbis attribuere solent. Unum, qui concernit Ecclesiam in universali; alterum, qui concernit quamlibet animam in particulari; & tertium, qui præcipuus viderur, concernens personam Sanctissimæ Virginis.

Hæc dicta sint ad tollendas omnes difficultates, quæ tibi occurrere poterunt, quando vides à sanctâ Ecclesiâ attribui Verba sacri Cantici Sanctissimæ Virgini, in omnibus ipsius tum Panegyribus, tum Solemnitatibus, utque credas firmissime, hæc verè ad ipsam pertinere. Hoc posito, audi ergo & cogita, esse ipsammet, quæ loquitur tibi ad exprimendum admirabiles excessus amoris sui, erga dilectum suum JESUM Christum, quando memorata sacri Cantici ad te dirigit verba: *In lectulo meo quasiivi, quem diligit anima mea.* Vide ipsius sollicitudinem, ipsius

mas in particulari & præcipue ad Sanctissimam Virginem.

Sollicitudo sanctissimæ Virginis, ad inventiendum



ardorem, ipsius robur, & excessus, quo abripitur, ut currat sine intermissione post ipsum, abs eo, quod discernat tempus diei vel noctis; abs eo, quod distinguat inter loca, sive in Civitate, sive in domo, sive in vicis, sive in plateis; abs eo, quod metuat aliquod periculum vel verberum, vel vulnere, vel exspoliationis; abs eo, quod ulli parcat labori; abs eo, quod fatigetur, vel quiescat, quoad ipsum inveniat.

Sanctus Bernardus admirans fortitudinem ac pulchritudinem hujus amoris, velut extra se abreptus exclamant: *O amor praeceps, vehementer & flagrans!* Amor quia non pateris cogitati aliud, nisi id, quod amas, qui contemnis caetera omnia, contentus te solo; qui omnem confundis ordinem, nullam observas consuetudinem, nec regulam, nec moderationem; qui non curas, quid tibi sit commodum vel incommodum, quid sit contra rationem, vel contra pudorem; qui non sequens aliquod consilium nec monitum, sed transgredieris haec omnia, & triumphas in semetipso, & omnia constringis captivitate: Omnia quae dicuntur, omnia quae fiunt, & omnia, quae cogitantur, non demonstrant, nisi te solum; tu es in omnibus, tu es omnia, & caetera tibi sunt nihil; hac ratione occupas animum, cor, linguam, Quid cogitas, dum interrogas vigiles tibi obvios, qui

*Et. Isaac Consultat, Tom. III,*

percellere deberent te tremore: *Num quem diligit anima mea, vidisti? Quis est ille, & quae es tu? Hem an credis illos nosse, de quo loquaris? Cur non nominas ipsum? & cur saltem non dicis: Ipse est Dilectus meus, est totus amor meus, non possum aliter nominare te ipsum.*

Oporteret citare totum sacrum Canticum, & illius ponderare omnia verba eadem animi fortitudine, illoque divini amoris ardore, quo replebatur cor tot Sanctorum Patrum, qui nunquam facundiores videntur, quam quando exponunt pulchros aliquos textus e Canticis Canticorum, illisque applicant Sanctissimae Virgini, ad exaggerandum ipsius amorem; oporteret insuper haec super re integros concinnare libros, tomos ac volumina; oporteret quoque post omnia dicere, quod magnus quidam servus Dei dicebat de Evangelistarum Aquilâ, quod nihil dixerit de Deo: Intelligebat autem, quod nihil dixerit aequale vel dignum eo, quod dicendum de ipso erat: Idem inquam dici deberet, quod omnes libri nihil dixerint de Sanctissimâ Virgine, respondens illi, quod mereretur.

Sed nonne semper fovendus nobis esset in animo sacer quidam textus e Canticis, & applicandus Sanctissimae Virgini, ut interiorius loqui cum ipsâ nobis liceret de mysterijs amoris ipsius? Ipsa nos de-

Zzzz

Boonm  
exercitium  
colloquio  
interni  
cum Sanctissimâ  
Virgine

du,

as in pe-  
culari, &  
raecipue  
Sanctissi-  
am Virgi-  
nam.

UTAS  
Christiana  
Dilectum  
nam.

Bernar-  
di serm.  
9. in Cla-  
vis.

Solicitude  
Sanctissimae  
Virginis,  
ad invocan-  
dum



duceret, nosque adjuvaret ad locupletandum nos incessanter pretioso Sancti amoris thesauro, eod quod comparare hic possit cum augmentatione continuâ, quæ limites non patitur. Hos ipse hic ponere volebat discursui suo, siquidem paupis per fatigatus vide-

batur mihi: Sed interrogavi ipsum: Nonne tempus est, loquendi hic de amore acquisito Sanctissimæ Virginis? loquere igitur, respondit mihi; & ecce id, quod de illo dicere potuerim. Argumentum.

Argumentum.

\* \* \*

## ARGUMENTUM.

*Quanta fuerint Divitia amoris acquisiti vel infusi sanctissima Virginis.*

### ARTICULUS IV.

Amor infusus Sanctissimæ Virginis.

**A**Mor acquisitus aliud non est, quam amor supernaturalis, qui confertur nobis gratuito à Spiritu Sancto. Sed quia ipsum augere possumus, si bene ipso utamur, vocatur amor acquisitus, ita ut ipse sit recompensatio præsens, quam Deus semper confert merito bonorum operum. Nunquam perficimus bonum aliquod opus, quod Deus non æqualiter solvat novo quodam gradu amoris, quem adjungit illi, quem jam habemus, qui que est stipendium laboris nostri; Et dicimus, quod sit amor acquisitus: nihilominus nunquam acquirere possumus primum gradum amoris Dei, sed acquirere bene possumus ipsius augmentationem. O extimulationem! ô Consolationem pro nobis? eod quod incessanter augere possumus pretiosum thesaurum Sancti amoris in animabus nostris!

Imò, incessanter, incessanter indies, singulis diei horis, & quasi singulis vitæ momentis; & quod felicitatis nostræ constituit fastigiû, est quod non solum magna opera nobis serviant ad illum augendum, sed etiam minima, modò sint bona; cum enim verum sit, ut ipsius Evangelii veritas nos docet, vitrum aquæ frigidæ datum pauperi in nomine ipsius suum habere meritum, suamque retributionem; hocque modicum aquæ frigidæ, auget ignem amoris divini in animâ, quodnam aliud opus bonum potest esse tam parvum, quod similiter non habeat meritum suum, suamque retributionem, quodque consequenter non contribuat semper aliquid ad augmentationem amoris Dei!

Posito hoc indubitato principio, quis effari nobis posset ac declarare magnitudinem amoris acquisiti

Magnam  
solerium  
pro anima  
bus bonis  
voluntatis  
March. 10.  
v. 41.



quisiti in Sanctissima Virgine? si quis bene dimetri possit magnitudinem meriti bonorum operum ipsius, exploratam bene haberet magnitudinem retributionis ipsius, quæ alia non est pro vitâ præsentis, quàm amor acquisitus: Sed quis hoc facere poterit, vel quis invenire pondus ad æstimandum valorem unius solius; exempli gratiâ, quando genuit nobis Deum. Hominem, & Salvatorem omnium hominum? Siquidem DEUS reddere voluit ipsi hoc bonum opus liberum ac voluntarium, ut esset ipsi quoque meritum: Quousque excurrit hoc? Nõne dici potest, quod in solo hoc bono opere ipsa produxerit ratione quâdam omnia bona opera omnium Sanctorum, eòquod verum sit, quod omnia consecutiones sint & effectus primi hujus boni operis Sanctissimæ Virginis. Si quodlibet opus bonum, quod fit, vel procuratur ut fiat, habet suam retributionem, hæcque retributio est augmentum quoddam amoris acquisiti, & Deus bonæ quousque magnitudo hæc se extendet in personâ Sanctissimæ Virginis? pondera hoc bene, & quanto magis ponderabis, tanto minus ex eo comprehendes: est abyssus imperscrutabilis.

Desideras alia bona opera, & alia merita? Quis capere potest, quid meruerit, quando lactavit proprium Filium Dei suorum ube-

rum Virgineorum lacte, & propria suâ substantiâ aluit Corpus hoc adorandum, quod tanta debebat pati pro nobis in passione suâ, & quando replebat venas ipsius pretioso hoc sanguine, quem effundere debebat in Golgothæo vertice? An dicere ex æquo posses, quodnam sit meritum horum bonorum operum? Audi loquentem hæc super re magnum Cardinalem Hailgrinum in Caput septimum sacri Epiphaniæ. Ipse comparat omnes guttas lactis, quas Sanctissima Virgo suppeditavit ipsi è purissimis suis uberibus, cum universo sanguine, quem Martyres effuderunt pro ipso, & pro defensione ipsius Nominis; & concludit, quod Sanctissima Virgo plus meruerit per lac suum, quam omnes Martyres per sanguinem suum. Verba ipsius sunt: *Mirabilis prærogativa merendi monstratur in Virgine, quæ non minus meruit fundendo lac de uberibus suis ad Filiû nutrimentum; quàm Martyres meruerunt fundendo sanguinem suum in Martyrio: Omnium enim operum merces, secundum radicem charitatis pensatur. Nõne hoc æquum omninõ sit, eòquod hic sanguis effusus non fuerit, nisi pro defensione fidei, hocque lac fuerit effusus & datum pro nutrimento ipsius personæ, quæ longè nobilior est & præstantior fide?*

Et si omnia hæc nondum sufficere videntur ad accumulandam in

Megatur  
de in com  
purchabi  
lis merit  
horum  
operum  
Sanctissimæ  
Virginis.

Megatur  
olstrum  
de anima  
us bone  
voluntatis  
March. 10.  
r. 4.

Hailgrinus  
in c. 7. capit  
tic.



Matth. 25. 1. 25.  
 illa maximum thesaurum amoris  
 acquisiti, meminere illius; quod  
 magnus Judex vivorum & mor-  
 tuorum dicitur est omnibus Ele-  
 ctis suis in consummatione secula-  
 riorum: *Vanite Benedicti Patris  
 mei, possidete paratum vobis reg-  
 num à constitutione mundi; per-  
 cipite coronas perpetuas, quas præ-  
 paravit vobis per suam misericor-  
 diam, quæque vestris dabuntur  
 meritis per justitiam: Esurivi enim,  
 & dedistis mihi manducare; siti-  
 vi & dedistis mihi bibere; nudus  
 eram, & cooperuistis me; hospes  
 eram, & collegistis me: Sed cui  
 dicet hoc juxta literam & in rigore,  
 nisi Sanctissima Matti suæ?*

Sanctissima  
 Virgo om-  
 nia suppe-  
 ditavit JU-  
 SU Chri-  
 sto,  
 Siquidem nonne ipsa totam vi-  
 tam suam exegit circa adorandam  
 ipsius Personam, ut immediatè  
 exhiberet ipsi obsequia, quæ Ma-  
 ter summè charitativa exhibere  
 potest Filio suo Unigenito? Quis  
 supeditavit ipsi semper & absque  
 intermissione alimenta, vestimen-  
 ta, hospitium, & cæteras huma-  
 narum vitæ necessitates, nisi ipsa in  
 personam suam? Veni igitur Bene-  
 dicta Dei Patris mei, & cordis mei  
 dilecta, posside coronam supre-  
 mam, & altissimum regni æterni  
 folium: Siquidem esurivi, & quo-

ties dedisti mihi manducare; siti-  
 vi, & quoties dedisti mihi bibere;  
 nudus eram, & quoties cooperui-  
 sti me: peregrinus eram & absque  
 habitatione in terris. Et tu sem-  
 per recepisti me in domum tuam  
 si singillatim ponderes, quantum  
 fuerit valor cujusvis bonorum ip-  
 sius operum, & quantum merue-  
 rit, comprehendere id nunquam  
 poteris.

Nolo ulterius speciatim pro-  
 gredi ad cætera bona ipsius opera  
 ac merita: ad quid enim prodesset?  
 nisi quod pro eo, ut vester illu-  
 minaretur intellectus circa immen-  
 sam magnitudinem amoris ipsius  
 acquisiti, implem potius illum  
 tenebris & involerem confusio-  
 ne. Pondera solum, quo passu  
 impellere potuerit acquisitus hic  
 amor Sanctissimam Virginem post  
 JESUM Christum, eodquod sem-  
 per sit amor, qui omnes impellat  
 amantes, quocumque tendant: Et  
 videbis nunquam tam magno pas-  
 su ecurrisse aliquam animam post  
 JESUM CHRITUM, nec ita  
 approximasse ipsi, uti fecit illa:  
 ideoque appellat S. Epiphanius:

*Perpetuam JESU se-*

*travit.*

\* \* \*



ARGU.



ARGUMENTUM.

Consideratio ad hauriendum profectum ex  
hac Consultatione.

ARTICULUS V.

**N**on nemo plurimum implicatus negotijs mundi huic assistebar Consultationi, qui postquam avidis auribus omnia dicta excepisset, hanc desuper fecit considerationem observatu non indignam. Video bene, verum esse, nos semper à nostro deduci amore, quocumque tandem tendamus, nosque impelli nunquam ad aliquid requirendum, nisi ab estimatione, quâ prosequimur illud, & ab amore, quo erga id afficimur. Hæc veritas est irrefragabilis, & experientia nobis indies demonstrat illam luculenter.

Quando igitur considero meas vitæ vias juxta Exemplum Sancti Regis David: *Cogitavi vias meas*; meque ipsum interrogo: Quò vadis? quid queris? quid rei tuum continuò occupat animum, quisve trahit & afficit amor ipsum? Et quando video, non esse hunc unicum & Omnipotentem amorem Dei mei, qui solus dominari deberet animæ meæ, bene agnosco, lumen oculorum meorum non esse amplius mecum, & cor meum dereliquisse me. Et quando observo, innumeros parvos amores dividere ac trahere me modò in

hanc, modò in aliam partem, ipsos ludere cum misero ac infelici animo meo, occupantes illum contentorum crepundiorum consideratione, quæ ipsam sic expoliant remissentiâ Dei, ut nihil quasi sit in mundo, de quo cogitet minus; Et postquam ita meum constrinxerunt animum imaginationibus ipsum decipientibus, adhi illos illigare Cor meum plurimis parvarum affectionum vinculis, quæ non solum non permittant libertatem ipsi, ut totum adhæreat Deo, sed ipsi eripiant quoque tempus querendi illum, modum ipsum inveniendi, & auspiciatam sortem possidendi illum; nec condonare mihi possum infidelitatem meam, nec meam comprehendere cœcitatem.

Eheu! si hoc non esset nisi brevis quædam infirmitas, toleranda foret; sed quando agnoscere & confiteri cogor, verum esse, quòd obliviscar Dei mei diebus innumeris, sicut ipsemet de hoc conqueritur: *Obliviscar Dei mei diebus innumeris*: quòdque Cor meum sit longè ab ipso, vix non emorior præ pudore, ex metu contremisco, & abhorreo meipsum, quòd ita

Zzzz 3 aber.

S. Solphus  
habet 76.

Palm. 118.  
Considerare  
nos bene,  
quo amor  
vellet nos  
ferat abs in-  
termissione,  
& consulta-  
tumur.

Jerem. 2. 7.  
32.



aberrare semper me videam, quin quasi advertam. Quò igitur vadis? an ita tuæ cursus vitæ exigatur inutiliter ac miserè, vanà ac ineptà mundi occupatione?

Vana excusationes igitur avaram aaimarum.

Novi Excusationes innumerorum hominum in mundo. Verum, inquit, peccatum non est, fovere in animo suo alias cogitationes, quàm illas de DEO, modò malæ non sint, vel tolerare in corde suo parvas aliquas affectiones, quæ leviter illud devinciant, modò criminum non sint obnoxia: non datur omnibus, magnos esse contemplativos, ut nunquam actuali Dei excidant reminiscentiã; vel Seraphinos, qui semper ipsius exardescunt amore; Non sunt mihi alia, ut semper avolem in cœlum; incedo lentè in terris, nec vellem magis ferri in imum, nec magna illa perpetrare peccata, quæ me exposuerent possessione Dei fateor, vitam meam non esse plenam miraculis magnarum tamen caret culpam maculis.

Consideratio efficax, quæ exstimulemur ad perfectionem amoris Dei.

An igitur, respondit illi Ductor meus voce subasperâ, & admodum seriâ, videns illos sentire, cui nullatenus poterat consentire: An igitur in hoc omnem collocant salutis suæ spem ac fiduciam? Non peribo, quamvis non foveam cogitationes de DEO, nec exastuem amore Dei, modò enormibus illis criminibus, quæ peccata vocantur mortalia, me non reddam obnoxium. O miserandam cœcitatem!

An prætendis conscendere cœlum, dum contentus es reptare semper in terris? an vivendo prorsus more paganorum, aggregari speres numero Sanctorum? polliceris tibi, inventurum te Deum in fine vitæ tuæ, postquam totam exegisti vitam tuam, abs eo, quòd quæres ipsum, quòd de ipso cogitares, quòd ipsum amares, quòd ipsi inservires, modò dicere illi posses, te non commississe abominanda illa crimina, quæ lethalia nuncupant peccata? Sed quisquis contentus es non offendere ipsum nisi leviter, & perficere actiones non nisi indifferentes & naturales, quas innoxias appellas; intende hic animum tuum, & responde mihi ad hanc rationem, si potes.

An ignoras, quòd impossibile sit evitare damnationem æternam, nisi verè observes primum & maximum mandatum Legis ipsius, cuius manifesta & sole clariora hæc sunt verba: *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota mente tuâ, & in tota mente tuâ*: Hoc est primum & maximum mandatum: Ecce primam & præcipuam, quæ teneris, obligationem; ipsa indispensabilis est: oportet impleri illam, vel damari in æternum, etiam si nullius peccati magni te torqueat conscientia. Siquidem in veritate dic mihi, sed ne decipias te, nec te defendas frivolâ excusatione: An purgare te poteris in iudicio Dei, quòd amaveris



veris ipsum ex toto corde tuo, cum semper refertum id habueris tot parvis affectionibus, quæ divident illud in tot frustra, ut Deus, qui exquirebat illud totum integrum, illius non habuerit nisi partem minimam? quando verum invenietur, quod Deus fuerit, quem minus æstimaveris, minus quæsieris, minus amaveris ex omnibus mundi rebus? an defendere poteris, amasse te ipsam ex toto corde tuo? Quid inquis ad hoc?

Adm. ig. vix dice- non pos- sicut, quod inveniat Deum.

An excusare te poteris, quod dilexeris ipsum in totâ mente tuâ, dum quasi non magis cogitasti de ipso, ac si non esset? dum innumeræ cogitationes frivolæ tuam occupant mentem; dum pro eo, quod renuntiares voluptati, quàm hauriebas ex illis, ut tuas caperes delicias, conversando interiùs cum DEO, non poteris, absque violentiâ tibi summè molestâ, insistere cogitationi aut meditationi de illo abhorrens propterea orationem velut torturam & supplicium? Tu bene nôsti in tuâ conscientiâ, sic se rem habere respectu hominum in mundo: an posthæc defendere poteris, amasse te DEUM ex totâ animâ tuâ, ex totâ mente tuâ, sicut præcepit? quid respondes ad hæc?

Præceptis Dei.

Sed tandem, an verè dicere poteris, quod amaveris ipsum ex omnibus viribus tuis. Luc. 10. dum non nisi frigus & glaciem exhibuisti te in omnibus, quæ ipsis concernunt obsequium, & contra ardorem spargens & ignem in ijs, quæ mundi sunt, in quibus omnes tuas collocabas delicias. Estne hoc adimplere mandati maximi obligationem? Probè nôsti, quod non? Quid igitur de hoc cogitas?

Asim. serio hoc recogitans convincetur.

Hæc, quid igitur faciendum est? Totum contrarium, respondit, illi: quod fecisti hucusque: parvi hucusque æstimasti animam tuam, salutem tuam, & ipsum Deum; nihil deinceps æstimandum est, nisi unicum hoc necessarium; serio ponderandum id est, velut unicum magnum negotium, quod tibi exantlandum in terris. Unico verbo, nulli parcedum labori, ut id auspiciatum sortiatur eventum.

Hoc faciliè dictum, sed non tam facile est factum. Facillimum, respondit, cuicumque bonam habenti voluntatem: Id fateberis, credo, si proposuero tibi facillimam & efficacissimam praxin, quæ infallibiliter illuc deducet nos, si secuti fuerimus illam. Ecce hanc tibi, quàm bene capias velim.

\* \*

PRAXIS HUIUS CONSULTATIONIS.

Totum consistit in hoc; consignate omni cordis nostri im-

perium amori Dei, ita ut hic absolutus illius sit Dominus. Quando hæc



hac ratione is imperat in animâ, a-  
gendum nil ipsi restat, nisi ut de-  
duci se fiat ab hoc Rege cordium,  
& sequatur omnes motus & affe-  
ctus, quos illi concesserit; & ideo  
Sanctus Augustinus pulcherrimum  
hoc nobis reliquit effatum: *Amas,  
& fac, quod vis;* Aliud nunquam  
facies, nisi amare Deum; nam qui  
omnia facit ex amore, aliud non  
facit, nisi quod amet.

3. August.

Magnum  
principium  
& arcanum  
socias vitæ  
spiritualis.

Et optimum medium ad stabi-  
liendum solidè absolutum hoc im-  
petium amoris Dei solius in animâ,  
est, quod tanti faciat ipsum, ut a-  
spiciat in eo cætera omnia, velut  
contemptibilissimum quoddam ni-  
hilum; & ut eò pertingat, oper-  
tet ipsam habere exploratam præ-  
cipuam, maximique prorsus mo-  
menti veritatem, quantumvis hæc  
ut plurimum ignoretur à mundo,  
nempe, quod Deus sit omnia, & id,  
quod DEUS non est, sit nihil:  
*Scientia omnis & nihili,* est totus  
thesaurus salutis & remedium san-  
ctitatis animarum: Qui hanc bene-  
fit, scit omnia, quique ipsam ig-  
norat, scit nihil, Qui bene scit,  
Deum esse omnia, & cætera esse  
nihil, non potest nec æstimare, nec  
amare nisi Deum: sed quia hoc  
non creditur, sæpius capitur om-  
ne pro nihilo, & creditur, id quod  
nihil est, esse quid magni.

Origo am-  
nium erro-  
rum in ho-

Mundus cæcus & ignorans te-  
netur hoc errore: Deus ipsi est ni-  
hil, & creaturæ videntur ipsi res  
admodum magnæ. Hæc, unde

oritur, interrogavi ipsum; quod mirum est  
mundus, qui sapientem se credit, ex eo quod  
tantâ laborat ignorantia? Miran-  
dum de hoc non est, eò quod sic  
dum de hoc non est, eò quod sic  
tota immersus sensibus, nihil co-  
gnoscit nisi per sensus, & non nisi  
illorum stat iudicio. Jam Deus, qui  
purus est Spiritus, percipi à nullo  
potest sensu, & ideo nihil cogno-  
scit ex ipso; quâ ratione igitur ip-  
sum amet, vel ipsum æstimet?  
Creatura e contra adimpleat sensus  
ipsum, has cognoscit, has videt,  
has tangit, firmiter credit ipsas esse  
aliquid, & etiam aliquid tam ma-  
gni, ut nihil majus cognoscat, quâ  
ratione ergò se contineat, quin ip-  
sas æstimet, quin ipsas amet?

An igitur liberari non potest ab  
universali hoc errore, qui ita sedu-  
cit omnes homines? procul dubio  
intellectus corrigere potest errores  
sensuum & clarè videre, ipsos deci-  
pi: quando enim considerat, om-  
nia quæ maxima fuerunt in mundo,  
fuisse nihil, & quæ sunt, intra bre-  
ve tempus, in nihilum relapsura,  
probè advertit, fraudem esse ad-  
hære illis, vel illa æstimare, eò  
quod circumspicit omnibus, non  
sint nisi simplex quædam species &  
apparentia, modico apparans tem-  
pore, disparens ex in vix aspectu.  
Accedis spectatam Comœdiam, ubi  
intueris theatrum magnificentum, &  
plures personas vestitas splendide,  
multasque actiones illustres tam  
ad vivum repræsentatas, ut, si quis  
fidem



fidem adhibeas sensibus, omnia illa sint verissima: sed intellectus corrigit ipsorum errorem, nam probe novit, illa esse non nisi fictionem, & mox omnia in motum somnis esse disparitura: claudetur theatrum, & ipsimet sensus percipient, ea non nisi fraudem fuisse, quæ per duas vel tres duraverit horas.

Exin spectatum accedis: magnum quoddam theatrum, magni inquam hujus mundi faciem; hic aspicias alias personas, alias actiones, alia, quæ hic tractantur, negotia; & sensus tui decipi se sinunt, accipientes hæc omnia pro rebus magnis; firmissimè persuasi, illa verissima esse & maximi æstimanda: Sed intellectus, si sapientia polleret, bene corrigere potest errorem ipsorum; optimè enim novit, post aliquod tempus hæc omnia disparitura, & personas, & occupationes, & omnia, quæ tractabantur, negotia amplius deinceps non fore. Et ipsemet sensus clarè videbunt, illa non fuisse nisi apparentiam, & magnam plurimum annorum deceptionem. Siquidem ubi est modò facies theatri, quod spectandum præbuit sæculum elapsum; non est amplius; omnia hæc reciderunt in nihilum: Eheu? nihilominus sensus nostri decipiunt nos semper, nosque occupant hoc nihilo, & ille, qui est omnia, Deus, qui est finis entium, æternam, unicum necessarium, &

supremum nostrum bonum, nihil est oculis nostris; ille, qui meretur omnem nostram æstimationem, omnemque nostrum amorem, non habebit exinde nisi minimam partem, dum parvum mundi & creaturarum nihilum ad se trahit & rapit omnia.

Quid faciendum nobis est, ut eruamus nos è magno hoc erroris barathro, quo ita obcecatur & in ruinam agimur? Nihil aliud, nisi quòd tam seriò incumbendum nobis sit studio, quo comparemus nobis scientiam omnis & nihili, illamque tam perfecte addiscamus, ut persuasissimi simus, Deum solum esse omnia, & quod DEUS non est, purum esse nihilum. Da mihi animam ita magnà hæc veritate imbutam, ut innitatur huic tanquam principio, certissimum est, ipsam intra breve tempus evasuram totam spiritualement, à mundo abstractam, omnibusque affectibus erga creaturas mortuam, quas non nisi summo prosequetur despiciat: Ipsa deinceps se liberam videbit ab innumeris curis inutilibus, quæ fons sunt & origo omnium nostrarum distractionum & inquietudinum; ipsa semper sibi erit æqualis semper constans & immutabilis in omnibus vitæ adversitatibus: dicet enim semper, hæc omnia esse nihil, & non esse nisi Deum, qui sit omnia; ipsa accipiet omnia è manibus ipsius, nec adhærebit nisi divinæ ipsius

Remedium  
efficax ad  
eximendū  
nos nostris  
erroribus.



voluntati, quæ moderatur omnia: Dispone, mi DEUS, de creaturâ tuâ, sicut tibi plaquerit. Ipsa non æstimabit, nisi ipsum solum; non amabit, nisi ipsum solum; non quæret in omnibus, nisi ipsum solum. Ecco igitur quid agendum ipsi sit, ut huc perveniat.

Quæro  
addiscenda  
scientia  
Omnis &  
Nihili.

Concipere oportet ipsam in animo suo maximam æstimationem Dei, & omnium eorum, quæ spectant ad ipsum; & exin æstimationem hanc magis augere, & iterum magis adhuc augere illam, & denuo altius attollere, & iterum altius attollere illam, & nunquam cessare, quin semper adaugeat & attollat illam de die in diem, quoad anima sit tota persuasa & omnino magnâ hâc veritate imbuta; quod Deus solus sit omnia. Contra autem concipere debet vilipensionem maximam omnium eorum, quæ Deus non sunt, & exin

vilipensionem hanc semper magis, magisque augere, iterum iterumque augere, & ita augere, ut anima firmissimè credat, omnia, quæ Deus non sunt, esse purum nihilum. Hac ratione fieri non poterit, quin Deus solus obtenturus sit omnem æstimationem tuam, omnemque amorem tuum; e contra creaturæ non nisi omnem contemptum tuum. Et ecce id, quod nuncupatur, navare operam *scientiæ Omnis & Nihili*.

Dico, hanc præxim esse tam facilem, ut omnes indiscriminatim capacitatem habeant exercendi illam, illique animum adjiciendi: Nihilominus tam proficua est, tamque efficax, ut deducat & dirigat animum, quæ constantem navabit illi operam, passu giganteo in viam Dei: Experite & videbis.

☞ (O) ☞

## CONSULTATIO XXII.

*Incessus Gigantis, ubi ostenditur, quo passu Sanctissima Virgo secuta sit JESUM in Exercitio magnarum Virtutum.*



Abstraximus nos aliquantisper à consortio hominum, per tres solummodo dies, intra quos quilibet man-

sit solus cum Deo solo in silentio & solitudine, statuentes nobiscum navare operam studio magnæ hujus scientiæ, *Omnis nimirum & Nihili*, quæ conclusio fuerat & fructus ultimæ nostræ Consultationis.

Erat